

» et murum frangi, excogitavit, qualiter posset aperire portas
» ipsius capellae. Et primo permisit se claudi intus dictam capel-
» lam. Sed quando fuit repertus a quodam clerico, aliud non se-
» quutus est. Deinde a porta exteriori, quae respicit super pla-
» team, fecit experientiam aperiendi, et non valens, considerata
» conditione et mensura clavis, fecit sibi fieri unam clavem absque
» operibus, sed eam ipsemet complevit. Et quodam sero, circa
» primam horam noctis, tentavit dictam portam aperire; quia ad
» huc gentes aderant, nihil egit. Quodam vero alio die existens in
» ecclesia sancti Marci expertus est cum dicta clavi si aperiebat
» januam, per quam tenditur de ecclesia in dictam capellam sancti
» Johannis Baptistae, et comperto quod aperiebat per aliquot dies
» post, se permisit claudi in ecclesia sancti Marci et latuit ad illam
» capellam novam, ad quam nunc de mosaico laboratur. Et circa
» sero aperuit cum ipsa clavi dictam januam et intravit capellam
» praedictam sancti Johannis, ubi habens secum unam limettam,
» duas seghettas et unum searpellum a calafato, aliud a muro
» cum dicta limavit illos clavos seu pironos, cum quibus affixae
» sunt illae tabulae marmoreae, adeoque in duabus noctibus unum
» frustum ipsarum tabularum separavit. Et mane exhibat. Tertia
» autem die levata dicta tabula marmorea fregit murum, quod
» fragidum erat et venit ad tabulas ligneas. Et altera nocte habens
» verigolas et alias seghettas intravit per portam, quae respicit
» super plateam, illam aperiens cum clavi supradicta. Et perfora-
» vit in duabus noctibus dictas tabulas ligneas, seu materiam, adeo
» quod intravit sanctuarium. Et aperiens primo unam capsam non
» clausam clavi, de illa derobavit certos lapides et argentum fra-
» ctum et quamdam aliam rem ad modum libri deargentati, et
» omnes illas res posuit in uno sacco et portavit ad domum habi-
» tationis suae, illas reponens in una capsula sua. Deinde alia nocte
» eodem modo intravit dictum sanctuarium et exfixit seras duarum
» capsularum a latere a latere superiori et de illis capsulis depraeda-
» tus est decem coronas aureas et duodecim pectoralia aurea et